



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XLVII. Hugo, Cardinal und apostolischer Legat, trägt den Bischöfen von  
Schwerin und von Havelberg auf, die Stadt Lübeck zur Anerkennung des  
Königs Wilhelm, da auch der Herzog von Sachsen und der ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

laudabiliter sicut decuit a sue promotionis initio consensisti, nulla tarditate interposita, studeas sincera et efficaci deuotione placere, ac prestes eidem fidelitatis debite iuramentum, et sibi patenter ac potenter assistas. — Datum Lugduni, XI. Kalendas Martii, anno octauo.

Aus einer Abschrift des Vaticanischen Ges. Archives, Epist. Innocentii IV. Anno VIII. Ep. 570. T. II.

**XLVI.** Der Römische König Wilhelm zeigt dem Rathe und der Bürgerschaft in Lübeck an, daß er die Markgrafen von Brandenburg mit der Stadt Lübeck belehnt habe, und fordert sie auf, die Markgrafen als Herren anzuerkennen, am 25. März 1252.

Wilhelmus, dei gracia Romanorum rex, semper Augustus, Consulibus totique Vniuersitati Burgensium in Lubeke gratiam suam et omne bonum. Vniuersitati vestre uolumus esse notum, quod nos Nobilibus uiris, dilectis principibus nostris, Marchionibus de Brandenburg, ob eorum fidei constanciam et deuocionis puritatem, ac eciam feruicia quam plurima et labores, nobis et Imperio sepius per operis euidentiam exhibitis, contulimus ciuitatem Lubeke, de communi consilio principum Imperii et assensu, cum omnibus attinenciis et iuris integritate, quemadmodum in priuilegio, ipsis a nostra excellencia super eo indulto, plenius est expressum, pheidali titulo perpetuo possidendam: uobis mandantes singulis, ac precipientes generaliter uniuersis, quatinus ipsis in omnibus hiis, que ad iurisdictionem Imperialem pertinent, obaudiatis et obediatis fideliter, tamquam nobis, recipientes ipsos et habentes pro dominis, debitam ipsis exhibentes reuerenciam et honorem. Datum Brunensvik, VIII kal. Aprilis, X Indictione.

Aus der Lübeckisch. Urkunden-Sammlung I. Nr. CLXXXI.

**XLVII.** Hugo, Cardinal und apostolischer Legat, trägt den Bischöfen von Schwerin und von Havelberg auf, die Stadt Lübeck zur Anerkennung des Königs Wilhelm, da auch der Herzog von Sachsen und der Markgraf von Brandenburg denselben nachträglich anerkannt hätten, so wie zum Gehorsam gegen die Markgrafen von Brandenburg, anzuhalten, am 25. März 1252.

Venerabilibus in Christo fratribus, Dei gratia Suerinensi et Havelbergenfi episcopis, frater Hugo, miseratione diuina titulo sancte Sabine Presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in domino caritatem. Licet excellentissimus dominus Wilhelmus, Romanorum Rex, semper Augustus, olim fuisset a principibus, quorum intererat, legitime in regem electus, a summo pontifice, ad quem pertinet ipsius electionis confirmatio, confirmatus, et in Aquis in Regem solempniter consecratus et regali diademate coronatus; tamen, quia se aliquot ciuitates et oppida excusabant, dicentes, quod eidem domino Wilhelmo non debebant intendere tanquam Regi, pro eo, quod nobiles principes dux Saxonie et Marchio Brandenburgensis, qui vocem habent in electione predicta,



electioni non consenserant supradicte: fraternitati vestre tenore presentium intimamus, quod nos in die annunciationis dominice presentes interfuimus in Brunefvic, ubi et quando Dux et Marchio antedicti electionem de predicto rege factam ratam habuerunt et gratam ac eundem in regem elegerunt unanimiter ad cautelam, ac eidem fidelitatem et homagium in foemperi curia, nobis presentibus, prestiterunt. Cum igitur presate civitates et oppida se non possint ulterius excusare, quin obedire debeant dicto Regi, paternitati vestre qua fungimur autoritate precipiendo mandamus, quod cives Lubicenses diligentius moneatis, ut infra proximum Pentecosten dicto domino Wilelmo in omnibus obediant tanquam Regi, eundemque vel nobiles principes Marchiones Brandenburgenses, quibus idem rex civitatem Lubicensem dicitur concessisse, sicut per litteras eiusdem regis patentes vobis et ipsis poterit fieri plena fides, ad omnia iura imperii recipiant ac eidem tanquam Regi de premissis respondeant et intendant. Alioquin extunc eosdem cives excommunicetis et civitatem eandem supponatis auctoritate nostra districto ecclesiastico interdicto, ita quod nulla exhibeantur sacramenta in ea preter viaticum et baptismum; denunciantes quod nos iam processissemus durius contra ipsos, nisi predicti marchiones nos super hoc rogauissent. Datum Brunefvic, VIII kal. April, Pontificatus Domini Innocencii PP. III. anno nono.

Aus der Lübeck'sch. Urkunden-Sammlung I, Nr. CLXXXII.

**XLVIII.** Der Römische König Wilhelm bewilligt den Bewohnern der Mark Brandenburg die Zollfreiheit in der Grafschaft Holland in dem Maße, worin sie den Bürgern von Lübeck ertheilt ist, am 26. März 1252.

Wilhelmus, dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Vniuersis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Etsi celsitudo regalis cunctis imperii fidelibus se exhibeat liberalem, illos tamen uberiori promptitudine prosequi debet specialiori gratia et fauore, qui eam sibi vendicant fauorabilem et benignam suorum exigentis meritorum. Attendentes itaque sincere fidei puritatem et intime dilectionis constantiam, quam illustres viri J. et O. Marchiones Brandenburgenses, carissimi principes et affines nostri, erga nostram celsitudinem gerunt animo indefesso ac volentes ipsis gratiam facere specialem, uniuersis et singulis eorum hominibus de Marchia Brandenburgensi presentium auctoritate concedimus, ut quotienscunque ipsos vel ipsorum aliquem cum quibuscunque bonis per Comitatum Hollandie et eius districtum transire contigerit, nullum thelonium siue pedagium soluant, nisi pro ea portione, quam ciues Lubicenses ibidem soluant, prout eis alias concessimus de gratia speciali. Si quis autem contra hanc nostram concessionem ausu temerario venire presumpserit, grauem celsitudinis nostre offensam se nouerit incursum. Datum Brunfwich, VII. Kal. Aprilis, Indictione X., anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>. secundo.

Das Original im Stadtarchive zu Stendal. — Abdrücke in Gercken's Dipl. vet. March. I, 3, 4 und in Beckmann's Besch. der Churm. Brand. Thl. IV, Sp. 1138.